



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An pueri tempore, quo sunt capaces recipiendi Sacramentum
Pœnitentiæ, sint etiam capaces recipiendi Sacramentum Eucharistiæ? Et
cursim docetur, quod pueri non obligantur ad Communionem vsque ad 12.

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

5. Postremò, quia non parum videtur decere Ecclesiam, quod hac lege Communionis annuæ vellet hæreticos astringere. Primò, quia eam faceret superuacaneam: Nam hoc ipso, quod velit astringere Catholicos, iam declarat, præcepto diuino teneri ipsos etiam Gentiles ad annuam communionem; vt supra docuimus: ac proinde iam hac posita declaratione, tenentur hæretici præcepto Diuino ad Communionem annuam: ergo non est cur Ecclesia illos suo præcepto comprehendat, tanquam præcepto, sed solum tanquam explicatione, sicut comprehendit Gentiles. Nam neq; suo præcepto magis illos astringet, quam astringantur diuino: nec magis nos adducet ad Communionem annuam. Quorùm igitur eos præcepto isto liget? Secundò quia pœna, quam Ecclesia transgressoribus minatur est, vt viuentes arceantur ab ingressu Ecclesiæ, & morientes careant Ecclesiastica sepultura. At eiusmodi pœnam ridebunt hæretici: adeò non adducuntur ad legis obseruationem. Hucvſque Bernal.

6. Sed licet hæc omnia ingeniosè excogitata sint, vt verum fatear, opinio contraria est communis, vt ipsemet Bernal fateatur: nam vt optime obseruat Amicus in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 29. scilicet 6. n. 59.* cum aliis, sub nomine fidelium omnes. Adulti baptizati intelliguntur: sed hæretici sunt adulti baptizati. Ergo ligantur hoc præcepto. Et Pontifex in *cap. Omnis viriſque sexus*, tulit legem generalem pro suis subditis in Ecclesiæ gremio existentibus. Sed hæretici sunt eius subditi, neque sunt extra Ecclesiam: ergo comprehenduntur in illo præcepto generaliter, & absolute prolato, & lex generaliter loquens generaliter intelligenda est, & vbi absolute loquitur, absolute, & sine vlla distinctione sumi debet, ex iuribus vulgaris.

7. Vnde rectè Trullench. in *Decal. tom. 1. lib. 3. cap. 5. dub. 2. n. 2.* docuit absolute omnes fideles baptizatos comprehensos esse in præcepto dicti cap. *Omnis*. Et idè exclusit ab ipso tantùm infideles: Ergo, &c. Vide etiam Rocaful. in *Praxi Theol. Mor. tom. 2. lib. 5. de præcept. Eccles. cap. 3. n. 19.* Tamburinum *opus. de Euchar. cap. 4. §. 1. n. 2.*

dub. 1. & Petrum à S. Ioseph in idea Theol. mor. lib. 1. cap. 8. resol. 2.

2. Sed ego negatiuè sententiæ adhaereo, quam tuetur Sotus in *4. disp. 18. q. 1. art. 3.* Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 15.* Candidus *tom. 3. disp. 2. art. 26. dub. 6.* Quia, ait ipse, qui fecit votum ingrediendi aliquam Religionem, solum tenetur ad ingressum Religionis: non tamen ad leges, & præcepta illius Religionis, antequam ingrediatur, sed Baptismus est ingressus in Ecclesiam: ergo quamuis omnes tenentur ad Baptismum, & ad ingressum in Ecclesiam, non tamen tenentur ad leges, & præcepta, quæ ponuntur pro his, qui sunt iam in Ecclesia. Ad argumentum verò Suarez, & Baunij, respondeo distinguendo, quod lex diuina communicandi ponitur pro omnibus iuxta naturam rei, vt scilicet obliget omnes existentes in vinitate Ecclesiæ per Baptismum, concedo; quod verò ponitur vniuersaliter pro non existentibus in Ecclesia, quales sunt infideles, nego.

3. Verùm concedo sententiæ Suarez esse probabilem, sed nota non procedere etiam quoad præceptum confessionis, nam est dispar ratio; præceptum enim Eucharistiæ obligat per se, & propter se, confessionis non item, sed tantùm supposito peccato, quod deleri potest virtute clauium, ob quam causam Sacerdotis absolutio, dicitur esse iurisdictionalis actio, in Trident. *sess. 14. cap. de absolut. & can. 9.* Ergo est ab eo exercenda tantùm in subditos, tam quoad se, quam quoad peccata, cuiusmodi nemò Infideles esse dixerit, respectu admissorum ab iis ante Baptismum, à quo sic obliterantur omnia, nulla vt eorum superstit memoria. Vide Vasquez *vbi supra.*

4. An verò Hæretici obligentur præcepto confitendi singulis annis, negarunt aliqui recetiores, quia in *cap. omnis viriſque sexus*, sermo est de folis fidelibus, & in Concil. Trid. quoties de hac obligatione sermo habetur, semper repetitur illa particula *fideles*, vt patet in *sess. 14. cap. 5. & can. 8.* sed hoc argumentum optime refellit, & partem affirmatiuam tuetur P. Lugo de *Sacram. Pœnit. disp. 15. scilicet 7. n. 145.*

RESOL. V.

An pueri tempore, quo sunt capaces recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ, sint etiam capaces recipiendi Sacramentum Eucharistiæ?

Et cursim docetur, quod pueri non obligantur ad Communionem vsque ad 12. annum.

Sed infertur peccare parentes puerorum, & Confessarios non sinentes illos communicare statim ac peccare norunt.

Et docetur, quod pueri non communicantes in Paschate, nec excommunicatione, nec pœnis Canonis ligantur vsque ad 14. annum. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 70.

§. 1. Negatiuè respondet Vasquez in *3. part. tom. 3. disp. 214. cap. 4. num. 38.* Henriquez *lib. 8. cap. 5. Fagundez part. 3. lib. 1. cap. 5. n. 20. & 21.* Comitolus in *respons. lib. 1. quest. 17.* Suarez *tom. 4. disp. 36. scilicet 2.* Nauarrus in *Man. cap. 21. n. 5.* Azorius *tom. 1. lib. 7. cap. 47. quest. 10.* Tolet. *lib. 6. cap. 15. n. 3.* Coninch. de *Sacram. q. 80. art. 12. dub. 4. n. 102.* Filliucius *tom. 1. tract. c. 7. n. 192.* Salas de *legib. disp. 14. scilicet 13. n. 127.* Martinus Funes in *speculo moral. p. 3. cap. 2. n. 8.* Tannerus in *3. part. D. Thom. disp. 5. q. 8. dub. 5. n. 11.* Zambrianus de *cas. tempore mortis. cap. 3. dub. 2. n. 7.* Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 7. diff. 4. n. 6.* & aliis communiter asserentibus, prius aduenire pueris tempus obligationis præcepti confessionis, quam communio-

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 1. tra. 3. & Ref. 45. §. vlt. ad medium, à vers. Dicendum. & in aliis eius primæ not. & cursim infra in Ref. 56. §. 2. prope finè, vers. Tertio, & in tom. 4. tr. 4. Ref. 54. §. vlt. ad mens;

RESOL. IV.

An præceptum sumendi Eucharistiæ obliget Infideles? Et quid de præcepto Confessionis?

Et an verò Hæretici obligentur præcepto confitendi singulis annis? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 81.

§. 1. Affirmatiuè respondet Suarez in *3. p. tom. 3. quest. 80. disp. 69. scilicet 2. dub. 1.* & nouissimè Stephanus Baunius in *Theol. mor. part. 1. tract. 5. de suscipientibus Eucharistiæ, quest. 1.* Ratio est, quod verba Christi imponentis præcepti sunt generalia, Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij, &c.* nec ad Apostolos solos restricta, vt patet ex contextu capituli citati, vbi Iudæi eum de multis interrogant, rogantibusque, vt sibi panem daret de caelo verum, subiecit: *Ego sum panis vite, & cætera* quæ ad futuri Sacramenti cærimoniam, institutionem, & vsum spectant: quare cum inter eos, infideles multi essent, qui tamen Christi legem ferentis potestati suberant, quin ad eos quoque præceptum pertineat sumendæ Eucharistiæ, mihi non est dubium: itaque eos duplicis peccati reos esse sub vitæ finem, narrat *loc. cit.* Suarez, quorum peccatorum primum sit omissi Baptismi, alterum non suscepti Sacramenti, contra præceptum Christi, *Nisi manducaueritis, &c.* Hucvſque Baunius, cui adde Vasquez in *3. p. tom. 4. q. 90. art. 2. Tom. 11.*

Sup hoc pro Infidelibus in Ref. seq.

Sup hoc cursim ex doctrina Ref. antecedentis in §. eius vlt.

dium, à veris
Quæ alios
niños. & ibi
in tr. 6. Ref.
68. Signa-
ter in §. Et
randem. per
torum. & ne
deleas lege
re dictâ Ref.
per totam,
& si placet
etiam alias
eius annota-
tionum, vt
facilius dif-
soluas hanc
quæst. & vi-
de etiam §.
vltim. huius
Ref. & alium
eius not.

nis; nam minor rationis vsus, & discretio requiritur ad confitendum, quàm ad communicandum. Et Conradus in respons. part. 1. q. 5. 4. in fine, docet, quod pueri non obligantur ad communionem vsque ad 12. annum.

2. Sed his non obstantibus, nouissimè Ioannes Sancius, vir quidem doctus, in selectis disp. 26. per totam, mordicus contendit, & probat absolutè pueris ministrandam Eucharistiam, postquam ad annos discretionis peruenerint, neque distinguendum esse inter tempora confessionis, & communionis: nam vtriusque rei præceptum imponitur sine vlla distinctione in cap. omnia vtriusque sexus, de poen. Nec minor discursus requiritur ad præceptum confessionis, quàm communionis; imò si rectè perpendantur præcepta, maior ad confessionis, quàm ad communionis: quæ omnia per partes, & accuratè probat, & pro hac sententia adducit Tabienam ver. excommunicare, num. 3. D. Antoninum 3. part. tit. 9. cap. 8. §. 2. & part. 3. tit. 4. cap. 12. §. 5. & Paludanum, qui in rebus moralibus est instar omnium, in 4. sent. dist. 12. q. 1. n. 25. vbi sic asserit: Et dicitur annus discretionis, non pubertatis, qui sunt anni nubiles in femina 12. & 14. in masculis, sed postquam est doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communione quæ simul datur; quia ex quo potest peccare, debet remedium confessionis, & communionis adhibere. Ita Paludanus, & D. Antoninus.

3. Ex quibus omnibus infert, secundum se loquendo, peccare parentes peccatorum, & Confessarios non sinentes illos communicare statim ac peccare norunt, cum causa sint transgressiois præcepti. Excusantur tamen à peccato, quia sequuntur opinionem contrariam, quam supra reculimus. Notat tamen dictus Sancius, quod etiam stando in sua opinione, pueri non communicantes in Paschate, nec excommunicatione, nec penes Canonicis ligantur vsque ad annum decimumquartum, & probat hoc ex multis Authoribus. Et hæc omnia Sancius multum conducentia ad conducendos scrupulos Confessariorum, si dedissent, vel dare vellent pueris communionem; in quo casu multos anxios, & indeterminatos cognoui, sed secundum Sanctum à perplexitate liberi erunt: nam statim ac notum erit eis, pueros vsu rationis habere, poterunt illi sacram Communionem exhibere.

4. Verùm primam opinionem ego teneo, quam etiam ex neotericis tenet Iacob. Granada in part. 2. contr. 7. tractat. 3. part. 1. disput. 6. num. 37. vbi docet præceptum annuæ communionis non obligare ante decimum, quia doctores ita intellexerunt hoc præceptum. Sed his non obstantibus puto opinionem Sancij esse probabilem, quam nouissimè tenet etiam doctus Caserus Palaus in Opere morali tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 24. §. 2. n. 7. lege illum, & non pigebit.

RESOL. VI.

An pueri tempore, quo sunt capaces recipiendi Sacramentum Penitentia, sint etiam capaces recipiendi Eucharistiam?

Et obiter docetur ad lucrandum Tubileum pueros, qui possunt confiteri, esse etiam ad Sacramentum Eucharistia admittendos. Ex p. 3. tr. addit. Ref. 19.

§. 1. Negatiuam sententiam ego docui in part. 3. tractat. 6. resol. 70. cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Præpositum in 3. part. quæst. 80. art. 11. dub. 2. num. 58. Ludouicum de San Iuan in luce

Sacerdotum q. 7. de Euch. art. 11. dub. 1. concl. 1. Gratianum in decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 38. n. 5. Scotium de sacrif. Missæ lib. 4. cap. 29. n. 5. Cordubam in sum. q. 60. ver. 11. Bonacinam de sacram. disp. 4. q. 7. punct. 2. num. 3. & alios penes ipsos. Sed ibi pro contraria opinione, quam probabilem existimaui, adduxi Ioannem Sancium: verùm aduersus illum acriter insurgit nouissimè Ioan. Merlinus Societ. Iesv, tract. de frequent. Euch. dist. 1. cap. 1. & seq.

2. At his non obstantibus opinionem Sancij tenet ex eadem Societ. Iesv, vt ibi notari, Calixtus Palaus in Opere morali tom. 1. tract. 3. di. p. 1. punct. 24. §. 2. num. 7. cui nunc addo Philippum de la Cruz in Theaur. Eccles. tract. 1. §. 1. num. 3. vbi docet ad lucrandum Tubileum pueros qui possunt confiteri etiam ad Sacramentum Eucharistia admittendos, ait. [Esta es doctrina de San Antonin. 3. part. tit. 4. cap. 12. §. 4. & 5. y Paludano in 4. dist. 12. quæst. 1. n. 25. que se comprehendit en estas breues palabras. Et dicitur annus discretionis, non pubertatis, qui sunt anni nubiles in femina 12. & 14. in masculino, sed postquam est doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad præceptum de confessione, & per consequens de communione, que simul datur; quia ex quo potest peccare, debet remedium confessionis, & communionis adhibere. Y assi estos Doctores enseñan que ygualmente el que tiene uso de razon, tiene obligacion à la confession, y à la comunión, qual doctrina mas que ningun doctor la trahie y defende con gran de agudeza Iuan Sanchez, en quien toda esta disputa se puede ver, la qual concludy con estas palabras. Cuiuslibet puero statim ac peccare noruit distinguendo inter bonum, & malum, ministrari debet Eucharistia, licet sexto, aut septimo anno: nam præceptum de annua confessione, & suscipienda Eucharistia eodem tempore obligat fideles, statim vero ac quis scit peccare, obligatur præcepto confessionis annuæ, guidandose por esta doctrina los confesores, pueden amonstrar que conuenien à los tales para ganar las indulgencias. Itaque Sed ne discedas à prima opinione, tanquam communiiori, & probabiliiori.

RESOL. VII.

An si ex incuria Sacerdotis, dum alio communito, porrigeret Eucharistiam infanti genitico non habenti vsu rationis, reciperet gratiam? Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an infans ante vsu rationis sint capaces fructus spiritualium, quem Eucharistia ex opere operato confert? Et an antiquius fuerit consuetudo in Ecclesia in variis prouinciis conferendi Eucharistiam infantibus? Et an si puer, & amens nunquam doli capax inueniant casu Eucharistiam, & comedant, accipiant gratiam, licet non sint capaces manducationis sacramentalis? Ex part. 10. tract. 11. & Missæ Resolut. 18.

§. 1. Resolutio huius dubbij pendet ex illa quæstione, an infans ante vsu rationis sint capaces fructus spiritualium, quem Eucharistia ex opere operato confert? Et negatiuè respondet Alexander de Ales 4. part. quæst. 11. n. 2. art. 3. §. 1. Paludanus in 4. dist. 9. quæst. 4. art. 3. Maior q. 1. §. Prima est, dicitur in Cæculo Corpus Christi, Gabriel quæst. 2. art. 3. dub. 1. Cæcilianus 3. part. quæst. 80. art. 12. in q. sua 1. §. Quæd Tertium. Syluester verb. Eucharistia 2. q. 5. Petrus Sotus sect. 8. de Eucharist. inclinat Dominicus Sotus in 4. distinct. 12. quæst. 1. art. 9. sub finem. Et quod caput est, illam docere videtur Catechismus Romanus, de

Sup. his in tom. 1. tr. 3. Refol. 50. §. vlt. per totum, & in aliis eius duarum annotationum.

Sup. hoc, quod hic docetur magis late cum eodem Granada hoc citato, & aliis infra in Refol. 89 §. 2. à medio vsque in finem, & in tom. 4. tr. 6. Ref. 68. §. Et tandem. prope fin. & seq.

Quæ hic est Ref. antecessens, & recedens.

Sup. hoc contentum hoc in notis ad Ref. non obstatibus.

Sup. hoc in notis.

Sup. hoc in hoc Ref. antecessens, & recedens huius.